


*Poetica versio in lingua Latina fabulae figuratae, notae ut "Alter mundus", scriptoris
Francogallici J.J. Grandville (1804-1847).*


<<Ma -fu aggiunto più tardi- non seppe percorrere la sua strada>>.



*Edita in 1844, fabula "Alter mundus" narrat de metaphorico itinere lapidis et stili,
comitati a miris homunculis et dea Phantasia, in mundis sine aliqua ratione, trans
temporum fines, inter varias novasque personificationes.*

*Nec deest, in hoc miro universo irrealis phantasiae, aliqua imago purae poesiae: scurra
qui ludit cum planetis, candor Cometae cum stellarum theoria qui illuminat polum caeli.*

*Opera, praeterea, ut dicit D. Doghera, praedicit articia et inventiones temporis
recenti, cum imagine praesertim pontis qui iungit plures mundos in infinito cosmo.*





*Lapis et stilus in magna harmonia
ad novam vitam delineant viam.*

*Comes eorum est Phantasia
in percurrendo mundo magiae.*

*Ubi omnia somnia et inventiones
hoc solum habent ut intentionem:*


*facere omnes valde felices
in illustrandis antiquis mythis.*



*O quam mirum concentum in mechanico theatrino:
tritanuces qui saltant, dum resonant violini.*



*Cantant pomelli versiculos amoris,
effugiunt notae e calamis syphonis.*




Velut aviculae volitant in vento

inter diademata ex auro et argento.

Plaudunt subsellia ad fusorum chorum,

cum rauca roce antiqui horologii.



In regno animalium sunt iam revolutiones!

<<Pereant coqui, ad mortem venatores!

Posthac nos soli simus domini Universi!


Feminae et homines nobis sint devoti servi!

Qbimus captum mille illecebris>>.


At quisnam praerit isti proelio?



<<Ego sum aptus!>>, <<At mecum est melius!>>.





*Res tandem venit ad arma bestialia
et sine duce omnia erunt inania!*




*Velut in mundo sic quoque in coelo
deis heroibusque est ferum proelium!*

*Quipper amat sine pudore,
malitiae Zephyri sunt etiam maiores!*



Sidera volant arbitrio histrionis.


Abest iam luna, comite sole.




*Homines ipsi errant in cosmo
deque suo casu nullum responsum!*


*Donec peritus ingenii subtilis
mirum repertum velit experiri!*

*Ascendit scalam inter nubes et solem,
de hoc consultum Deum creatorem:*




*pons qui coniungat sidera et mundos,
in coelo taenia, aerea unda!*





At in mundo miro, ubicumque illud sit,

necesse superest dulcis Poesis!



In volatu aereo flavae Cometae,

in aureo scenario planetis ornato!

